

487

CODICES

488

*fectuum verae Amicitiae. Effectuum Gratiae et Passionis. Variorum Sensuum S. Scripturae. Effectuum Sacerdotii.*

*Fol. 11. Schema Vitiorum Capitalium cum singulorum effecti-*

*Nil bene discernit, quem precipitatio sternit.*

*Solum cura mei sit mihi nulla Dei.*

*Non amat hic christum mundum qui diligit istum &c.*

*Sequitur Arbor Cognationis, ut in Job. Andreae Opusculo et passim habetur.*

*Fol. 14. Bibliorum Autoritates vet. et no. test. cum contento secundum ord. alphabeti. Jam indicatae sunt Cod. IV. quem, si lu-*

*A. a. a. Domine deus nescio loqui quia puer ego sum. Jeremie 1.*

*Abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis. Paulus Rom. 13.*

*Abominatio est deo vita impij. Proverbiorum 11. &c.*

CLXXVII. VII. H. 19.

CLXXVIII. VIII. F. 3.

697 Codex chartaceus lat. Sec. XVII. Folior. 19. 4. inscribitur *Elucidarium seu Repertorium una cum suo Summario omnium Librorum simul et cum sua distinctione, Nominibus, materia et Capitulum Numero Totius sacrae Scripturae veteris et novi Testamenti in Biblia comprehensa.* Compiler Ferd. Honorius Peverelli Austr. Lincensis Presbyter, qui a. 1663. haec ligna in silvam tulit, praemissa Epistola ad Leopoldum Aug. Imp. aliisque ad Lectores Admonitionibus, quibus ad sacrarum Literarum studium hortatur.

Codex membraneus lat. Sec. 459 partim XIII. partim XIV. Folior. 190. 4. per duas columnas probe exaratus, rubricisque distinctus, et quondam *conuentus wiennensis ordinis fratrum praedicatorum in austria* continet: I. *Indicem* plenissimum *Vocum* non tantum *hebraicarum* et *graecarum*, sed etiam *latinarum*, ut *Felix*, *Festus*, *Tertius* &c. quae in sacris Literis occurrunt, cum expositione saepe putida et frivola. Ita *Filyppus os manuum uel os lampadarum. Liconia suscitans uel suscitatio. Topazion bonum testamentum* &c. Ejusmodi *Indices* a primis qui-